RosDok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Ambrosius Mediolanensis, Heiliger

Fragment: Exameron : Universitätsbibliothek Rostock, Fragm. theol. 30

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1824535139

Handschrift Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Quis hoc dicit? Deus dicit. Et cui dicit nisi filio.
Deus ergo pater dicit fiat [illegible] et filius fecit solem. Dig
[illegible]
Ipse ergo eum in lumine addixit. ipse eum illuminauit.
ipse ei donauit fundendi luminis potestatem. filius est
ſol. ideo et ipse ſeruit quoniam dictum est. fundasti terram
et permanet. diſpositione tua permanet dies. quoniam uni
uerſa ſeruiunt tibi. Et enim cum dies ſeruiat quomodo
non ſeruit ſol qui factus est in potestate diei. Quomodo
non ſeruit luna et stelle que facte ſunt in potestate
noctis. Et enim quanto maiorem his gratiam creator
donauit ut aer ſolito amplius ſolis claritate re
ſplendeat dies ſerenus luceat noctis illuminentur
tenebre per lune stellarumque fulgorem celum uelut
quibusdam floribus coronatum. ita ignitis lumina
ribus micet in paradyſo. putes uernante depictum
ſpiritualium roſarum iunis monilibus renitere. quanto ergo
amplius his decoris uidetur eſſe collatum tanto am
plius debent. Cui enim plus committitur pluſ debet. et ideo
bene a plerisque ornamentum celi est nuncupatum eo
quod ſit stellarum monile precioſum. Atque ut ſciamus
quia fertilitas terrarum non calori ſolis aſcribitur ſed diui

[illegible] potest. [illegible]
[illegible] aliquorum quod est in perſecutionibus diſceſſione
minuitur. ut ſanctorum martyrium confeſſionibus imple
atur. et effuſus pro Christo ſanguis clarificata uic
toriis maioris deuotionis et fidei ſue toto orbe lumen
[e]fundat. Namque luna luminis imminutionem habet
non corporis. quando per uices menſtruas deponere uidetur
ſuum lumen ut mutuetur a ſole. quod facile puto a ere
atque perſpicio quando nulla eum obducta nebula
caligantem facit. colligi potest. Orbis enim integer
manet lune. et ſi non ſimiliter totus ut pars eius effulgeat.
et qualis uideri ſolet cum plenus est luminis ta
lis est magnitudine. Sed per umbram quandam lumine
ſuo uiduatus apparet. et inde cornua eius refulgeant.
quia corpus eius in orbem diffunditur. et uelut defici
ente portionis luce ſinuatur. Mouere autem potest
quod ait. ut fiant luminaria ad illuminationem
ſuper terram. que diſcernant inter diem ac noctem.
quia et ſuperius iam uidetur lumen fecit [illegible]. diuiſit deus
inter lucem et tenebras. et factum est ueſpere. et factum est mane
dies unus. Sed conſideremus quia aliud est lumen diei. aliud
lumen ſolis. et lune et lumen stellarum. eo quod ſol ipſe

Fragm. theol. 30

ut illis mensuris temporum soli diurnas lune
stellisque nocturnas · ut iste augeat diei gratia
ille umbram tenebrasque illuminet et sint insig
na et tempora et dies et annos · Diurna tempora dis
pares que mensuras per mensium vicibus sol et luna
cum stellis · et sint insigna · Non possumus nega
re quod ex sole et luna signa aliqua colligantur ·
Quoniam et dominus dixit · Et erunt signa in sole et luna
et stellis · Et querentibus apostolis signum adventus
ei · respondit · Sol obscurabitur et luna non dabit lu
men suum et stelle cadent de celo · Hec dixit fore
signa future consummationis · Sed conveniens debet
cure nostre · mensuram servari · Denique non illi nati
vitatum temptaverunt exprimere qualitates qualis futurus
sit unusquisque qui natus sit · cum hoc non solum va
num sed etiam inutile sit querentibus impossibile polli
centibus · Quid enim tam inutile quam ut unusquisque per
suadeat sibi hoc esse quod natus est · Nemo ergo debet in
vitam suam · statum · moresque mutare eniti · quo
melior fiat · Sed in ea persuasione manere neque probum
potest laudare non condempnare improbum · qui nece
ssitati nativitatis sue respondere videatur · Et
quoniam deus aut bonis premia proponit aut improbis pe
nas si facit necessitas disciplinam et consumationem ·

dare. qui sibi eliget diem sui nescivit exortus? Aut quem
signa eius probant, cuius ortum non probant? Quid quod et de
luna dicimus, que et quarto die cepit et quartadecima
diem signat salutis? An displicet numerus quo cele-
bratur misterium redemptionis? Ideo demones declinandum
esse persuadent numerum eum quo eorum destructa nequi-
tia est. Ideo gentiles nichil ad oriendum asserunt, quod sci-
unt tunc primum artes suas vacare cepisse et plerosque
gentiles ad ecclesiam demigrasse. Lunam certe quartam si
pura fuerit neque obtusis cornibus, dare reliquis die-
bus usque ad exactum mensem inditium serenitatis
existimant. Volunt ergo iisdem exordiis inchoare,
quibus serenitas inchoatur. Sed iam est cavendum ne nobis
in sermone dies quartus occidat. Cadunt enim umbre
maiores de montibus, lumen minuitur, umbra cumu-
latur.

[V]estita diversis terra germinibus virebat, omnis ce-
lum quoque sole et luna, geminis velut suis luminibus,
stellarumque insignitum decore fulgebat. Supererat
elementum tantum mare, scilicet ut et ipsi genus vivifica-
tionis divino munere perveniret. Ethereo et enim spiritu
omnis terrarum fetus aluntur, terra quoque semina resolvens u-
niversa vivificat, et maxime tunc primum iubente deo univer-
sa viridescere, vivificationis sue munere pullulabat.
Vacabat aqua et a divine operationis feriata bene-
ficio videbatur. Habet adhuc creator quod illi conferat
quo munia terrarum possit equare. Reservabat ei ut
et ipsa proprium et speciale aliquid prerogativa collati
sibi muneris vendicaret. Vivificavit prius terra, sed ea
que spirantem animam non habebant. Aqua iubetur
ea producere que viventis anime vigorem dignitatem-
que preferrent, et sensum tuendo salutis et fugiende
mortis acciperent. Dixit itaque deus: Producant aque re-
ptilia animarum viventium secundum genus, et volatilia vo-
lantia secundum firmamentum celi. Venit mandatum, et subi-
to aqua iussos fundebatur in partus. Generare flu-
vii, vivificare lacus, mare ipsum cepit diversa repti-
lium genera parturire, et secundum genus effundere
quodcumque formabat. Non exigui gurgites, non cenose
paludes vacabant, quin omnia data sibi creandi as-
sumerent potestatem. Pisces exiliebant de flumine,
delphines perludebant in fluctibus, conche saxis,
ostree adherebant profundo, adolescebant echini.
Verum ante hominem cepit illecebra, abundantia
copiarum, nostre materia luxurie, ante hominem delitie.

prior ergo hominum temptator quam natura. Sed nichil crea-
ture deliquit. Alimentum dedit, non vitia prescripsit. Hec
communia dedit, ne tu aliqua velud propria vendicares. Tibi
suos fructus terra producit, tibi scaros et accipenseres et
omnes fetus suos generant aque, et his non contentus
interdicta tu alimenta gustasti. Ad ludibria tua omnia
congeruntur, ut prevaricatio tue aviditatis oneretur.
Sed neque quam multe species et nomina sunt possumus enarra-
re, que omnia in momento divine preceptionis animata
sunt. Simul cohibat forma corporis, et operabatur anima
vitalis et vigor aliquis virtutis. Repleta est terra ger-
minibus, mare impletum est animantibus. Ibi insensibilia
pullulabant, hic sensibilia versantur. In terris quoque aque
suas sibi vindicant portiones. Lambunt terram pis-
ces aquarum, et ea sibi predam requirunt. Culices quoque
et ranunculi circa genitales strepunt paludes, et ipse
audierunt domini mandatum dicentis: Producant aque
reptilia animarum viventium. Sciamus reptilia dici genera
serpentium, eo quod super terram repant. Sed multo magis
omne quod natat reptandi habet vel speciem vel naturam.
Nam et si in profundo que se demerserint in aquam vi-
deantur incedere, tamen cum super innatant, repunt
toto corpore, quod trahunt super quedam dorsa aquarum.
Unde et David ait: Hoc mare magnum et spaciosum, illic
reptilia quorum non est numerus. Quamvis et cum plerisque pe-
des habeant et ambulandi usum, eo quod sint amphibia que-
dam genera piscium, dicta eo quod ambulandi in terris
usum et natandi in aquis officium habent, et que vel
in aquis vel in terris vivunt, ut sunt foce, corcodrilli,
equi fluviales, quos ypotamos vocant, eo quod hy
generentur nilo in flumine, tamen cum in alto aquarum sunt
non ambulant sed natant, non vestigio utuntur pedum
ad incedendum, sed tamquam remo ad reptandum. Siquidem
et navis acta remis labitur et aquas sulcat carina.
Producant aque reptilia, dixit deus. Brevis sermo
sed vehemens et late patens, communem minimis et maxi-
mis naturam infundit. Eodem momento producitur balle-
na quo rana, et eiusdem vi operationis innascitur.
Non laborat in maximis deus, non fastidit in minimis.
Nec doluit natura parturiens delphines, sicut non do-
luit cum exiguos murices cocleasque produceret.
Adverte o homo quanto plura in mari quam in terris sint.
Enumera si potes omnia piscium genera vel minutorum
vel etiam maximorum, sepias, polipodes, lithos, truttas,
carabos, cancros, et in his innumerabilia sui ge-
neris. Quid dicam genera serpentium, dracones,

Fragm. theol. 30

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1824535139/phys_0003
DFG

murenas. anguillas. Hec per initia. scorpios ma-
rinas. testudines. mustelas. quoque et canes mari-
timos. vitulos marinos. cete immania. delp-
hinas. focas. leones. Quid attexam et merulas.
turdos. pavos quoque quorum et colores in avibus vide-
mus expressos. ut nigri meruli. pavi diverso colo-
re. dorsa et colla picti sunt turdi albo varii et
cetera quorum sibi terre et species et nomina vendicantur.
Nam pisces in mari ista ceperunt diversis quam fluminibus.
siquidem aqua prior animarum inventum reptilia di-
vino nutu imperata produxit. Adde hanc gratiam
quod ea que timemus in terris. amamus in aquis. Etenim
noxia in terris. in aquis innoxia sunt. ut anguis
venenosus in terris. sine veneno in aquis. Leo ter-
ribilis in terris. dulcis in fluctibus. Murena quam fe-
runt aliquid hydro [illegible] esca preciosior est. Rana
horrens in paludibus. decora in aquis. omnibus fere
prestat alimentis. Plura si quis [illegible] cognoscere.
a diversis locorum piscatoribus querat. Nemo enim potest
omnia comprehendere. Canes sane et in mari cave quos
et in ecclesia molestos esse et cavendos apostolus docet
dicens. Cavete canes. cavete malos operarios. Contra
mustele gravis in terris odor in aquis suavis. [illegible]
se [illegible] undecumque fetoris ulcisci. hec non innocem
hic gratiam cepta quam [illegible]. Neque te inhonoratum
in nostra prosecutione thimale dimittam cui a flo-
re nomen inolevit. seu ticini unda te fluminius
seu ameni athesis unda nutriverit. flos es thim.
Denique sermo testatur quod his qui dicendi gratiam
redolet et suavitatem dictu facit aut piscem o-
let. aut florem. Ita idem pronuntiatus est piscis
odor esse qui floris. Quid specie tua gratius. quid
suavitate iocundius quid odore flagrantius. Quod
mella flagrant. hoc tu corpore tuo spiras. Quid loquar
corvorum. quod et luporum tenacitudines. Nescit hos lu-
pos agnus timere. Tanta est aquarum gratia quarum vi-
tulos fugiunt et leones. ut his propheticum illud
dictum de ecclesie societate iure conveniat. Tunc
lupi et agni simul pascentur. Leo et bos simul pale-
as manducabunt. Hec mirum quandoquidem et in ecclesie
aque illud operantur ut per donum abluta nequitia cum
innocentibus comparentur. Quid et purpuras memo-
rem. que ornant regum convivia. amictus imbu-
untur. Aquarum est igitur quod in regibus adoratur. aquarum
est species illa que fulget. Adde porcos marinos et
videas gratos. quia nichil est commune quod non aqua ab

luat. et ideo communes eos sicut in terra editos estima-
re non possunt. In numeri itaque usus. innumera
genera piscium. Alii ova generant. ut varii maiores
quos vocant tructas. et aquis fovenda committunt.
Aqua igitur animat et creat. et ad huc mandati illius
primi tamquam legis perpetue munus exequitur. Blanda quo-
dam mater animantium. Alii vivos fetus edunt de
suo corpore ut mustele. et canicule. et cete ingentia
delphines et foce. aliaque cetera huiusmodi. que cum
ediderint partus. si quid forte insidiarum terrorisque pre-
senserint circa catulos suos quicquam moliri. quo
tueantur eos vel tenere etatis pavorem materno affectu
comprimant. aperire ora et innoxio partus suos dente
suspendere. interno quoque recipere corpore et genitali fe-
tum. alvo abscondere. Quis humanus affectus hanc pis-
cium pietatem possit imitari. Oscula nobis sacieta-
ti sunt. illis non satis [illegible] et aperire viscera. natosque re-
cipere ac revocare integros. atque iterum fotu quodam
eos sui caloris animare. et spiritu adolere suo. duosque
in corpore uno vivere. donec aut securitate deferant
aut corporis sui obiectu natos suos defendant a peri-
culis. Quis hoc videns. et si possit obtinere. non tante pis-
cium pietati cedat. Quis non miretur et stupeat. ut ser-
vet natura in piscibus quod non servat in hominibus.
Pleraque ex suspicione novercalibus [illegible]
suos occiderunt filios. alie in fame ut legimus
partus proprios comederunt. humanis pignoribus ma-
ter sepulchrum facta est. piscium proli parentis u-
terus sicut murus. vallo quodam intimorum viscerum
pignora inoffensa conservat. Diversa igitur piscium
genera diversos usus habent. alii ova generant. alii
vivos et formatos pariunt fetus. Et qui ova
generant non nidos texunt ut aves. non diuturni fo-
tus laborem induunt. non cum molestia sua nutri-
unt. Cecidit ovum quod aqua gremio quodam nature
sue quasi nutrix blanda suscepit. et animal celeri fo-
tu reddidit. Continuo enim tactu parentis anima-
tum ovum cecidit. et piscis erumpit. Tum deinde
quam pura et inviolata successio ut nullus alteri
nisi generi suo misceatur. Thimalus. thimalo. lupus
lupo. Scorpena quoque castitatem inmaculati conu-
bii generi suo servat. Itaque habet pudicitiam genus nisi
venenum generis sui non habet. Hoc enim percutit scorpe-
na nisi reficit. Nesciunt igitur alienorum piscium adulte-
rina contagia. sicut ea que coeunt. Asinorum equa-
rumque inter se genera magna cura hominum perpetrantur.

Summa angelica

Venet. 1511.

~~Defekt~~

fehlt bild.

Fk. 3175

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1824535139/phys_0005
DFG

murenas. anguillas. Hec primitiua scorpios. ma-
nas. testudines. mustelas. quoque et canes mari-
timos. uitulos marinos. cete immania. delp-
hinas. focas. leones. Quid attexam et merulas.
turdos. pauos quoque? quorum et colores in auibus uide-
mus expressos. ut nigri meruli. paui diuerso colo-
re. dorsa et colla picti sunt turdi albo uarii et
cetera quorum sibi terre et species et nomina uendicauit.
Nam post in mari ista ceperunt diuersis quam fluminibus;
siquidem aqua prior animarum inuentum reptilia di-
uino nutu imperata produxit. Adde huc genus
quod ea que timentur in terris. amantur in aquis. Etenim
ingrata in terris. in aquis ingrata sunt. ut anguis
uenenosus in terris. sine ueneno in aquis. Leo ter-
ribilis in terris. dulcis in fluctibus. Murena quam fe-
runt aliquid huc nouum esca preciosior est. Rana
horrens in paludibus; decora in aquis. omnibus fere
prestat alimentis. Plura siquis [...] cognoscere
a diuersis locorum piscatoribus querit. Nemo enim [...]
omnia comprehendere. Canes sane et in mari cau[...]
et in ecclesia molestos esse et cauendos apostolus [...]
dicens. Cauete canes. cauete malos op[...]
uitelle grauis in terris odor in aquis sua[...]
se nescit uindicta fetoris ulcisci. H[...]
hoc genus capti quam uberi. Nec [...]
in nostra prosecutione thimale [...]
re nomen inoleuit. seu ticin[...]
seu amenu a thesis unda [...]
denique sermo testatur. quod [...]
redolet et suauitate [...]
let. aut florem. It[...] [...]iscis
odor esse qui flo[...] [...]acuis. Quod
suauitate reci[...] [...]anti. Quis
mella flagran[...] [...]tris. Quod loqui-
corrupt[...] [...] Nescit hos lu-
pos agn[...] [...] genus quarum ui-
tulos [...] [...] propheticum illud
dict[...] [...] conueniat. Tunc
lu[...] [...]do et bos simul pale-
[...] o mirum quandoque et in ec-
[...] donum abluti nequitia cum
[...]itur. Quid et purpuras memo-
[...] regum conuiuia. amictus inbu-
[...] igitur quod in regibus adoratur. aquarum
[...]e fulget. Adde porcos marinos et
[...]os. quia nichil est commune quam in aqua ab

luat. et ideo communes eos sicut in terris editos estima-
re non possunt. In numeri itaque usus. innumera
genera piscium. Alii oua generant [...]arii maiores
quos uocant tructas. et aq[...] [...]a commutant.
aqua igitur animat et creat. et a[...] [...]laus
primi tanguit legis prerue[...]
dam mater animantium. A[...]
suo corpore ut mult[...] [...]genita
delphines. et foc[...] [...]que cum
ediderint part[...] [...]orisque pre-
senserint ca[...] [...] moliri. quo
tueantur co[...] [...]e materno affectu
compmar[...] [...] partus suos dente
suspe[...] [...]e corpore et genitali se-
tu[...] humanus affectus huic pis-
[...]itari. Oscula nobis sacieta[...]
[...] aperire uiscera. natosque re-
[...]integros. atque iterum fotu quodam
[...]animare. et spiritu adolere suo. duosque
[...]uiuere. donec aut securitatem deferant
[...]ui obiectu natos suos defendant a pe-
[...]is hic uidens et si possit obtinere non tante pi-
[...]etati cedat. Quis non miretur et stupeat. ut ser-
[...]natura in piscibus quod non seruat in hominibus;
[...]que ex suspicione [...]
[...]nos occiderunt filios alie in fame ut legimus
patris ipsos comederunt humanis pignoribus ma-
ter sepulchrum facta est. piscium proli parentis u-
terus sicut murus. uallo quodam intimorum uiscerum
pignora inoffensa conseruat. Diuersa igitur piscium
genera diuersos usus habent. alii oua generant. alii
uiuos et formatos pariunt fetus. Et qui oua
generant non nidos texunt ut aues. non diuturni fo-
tus laborem induunt. non cum molestia sua nutri-
unt. Cecidit ouum quod aqua gremio quodam nature
sue quasi nutrix blanda suscepit et animal celeri fo-
tu reddidit. Continuo enim tactu parentis ani-
tum ouum cecidit et piscis erumpit. Tum deinde
quam pura et inuiolata successio ut nullus alteri
nisi generi suo misceatur. Thimalus. thimalo. lupus
lupo. Scorpena quoque castitatem inmaculati conu-
bii generi suo seruat. Itaque habet pudicitiam generis sed
uenenum generis sui non habet. Ideo enim percutit scorpe-
na sed reficit. Nesciunt igitur alienorum piscium adulte-
rina contagia. sicut ea que coeunt. Asinorum equa-
rumque inter se genera magna cura hominum procurantur.

UB Rostock 05/4000
309

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1824535139/phys_0006
DFG